





*25.*

DE 1787, 2.  
OBLIGATIONE DOMINI  
ET AGNATI  
AD SOLVENDA EX FEVDO VASALLI  
DEFVNCTI DEBITA,

---

*239*

OBSERVATIO  
IVRIS FEVDALIS INPRIMIS MECLENBURGICI,

---

ILLUVSTRI IVRECONSULTORVM ORDINI

IN  
ACADEMIA FRIDERICIANA BVETZOVENSI  
PRO OBTINENDIS  
SVMMIS IN IVRE HONORIBVS  
DECENTER OBLATA

A  
CHRISTOPHORO AVGUSTO HENRICO WOLFF  
ORDINVM DVCATVS MEGAPOLITANI PROVINCIALIVM  
AB EPISTOLIS.

---

BVETZOVII  
M D C C L X X X V I I



OBELICATOINE DOMINI

ET AGNATI

AD SOLAENDE EX LEADO AVSALTI

DEPLANCTI DEBLITY

OBSERVATIO

LITERIS TESTIMONIIS MEDICINARICIS

ILLUSTRI IACOBUS VALLONIUS ORTINI

ACADEMIA IMPERIALIA SANCTISSIMA

SALVATORIS IN IANAE MONGOLIAE

DESCRIBENS OBELICATUM


CHRISTOPHORO AVGUSTO HIRARIO VOLTE

OBELICUM DESCRIPTUM ET HISTORICUM

EX LIBRIS

LIBRARY


EDOCZIKAIA



ILLVSTRISSIMIS ATQVE EXCELLENTISSIMIS  
**ORDINIBVS**  
**DVCATVS MEGAPOLITANI**  
**PROVINCIALIBVS**  
IN AVGVRalem HANCCE DISSERTATIONEM  
SVMMAE VENERATIONIS ET DEVOTIONIS  
TESTIMONIVM  
EA, QVA PAR EST, OBSERVANTIA  
DICAT, CONSECRAT  
SIMVLQVE  
PERENNEM FELICITATEM PRECATVR  
DEDITISSIMVS AC OBSEQVIOSISSIMVS  
CVLTOR  
CHRISTOPHORVS AVGVSTVS HENRICVS  
WOLFF.







## OBSERVATIO IVRIS FEVDALIS INPRIMIS MECKLEN- BVRGICI

DE  
OBLIGATIONE DOMINI ET AGNATORVM AD  
SOLVENDA EX FEVDO VASALLI  
DEFVNCTI DEBITA.

---

### §. I. INSTITVTI RATIO.

A bsolutis iam per decennium et quod excurrit, studiis academicis numquam me adhuc summos ambiturum esse crediderim in iure honores, quum, quod honori mihi duco, gratissimaque semper recognoscam mente, ex singulari ILLVSTRISSIMORVM PROVINCIALIVM MECLENBVRGI-  
CORVM ORDINVM erga me benevolentia, iam dudum B. Parentis, qui ILLORVM fuit ab epistolis, officium gratiofissime mibi sit de-  
mandata.

2

---

mandatum. Verum enim vero graues et sat praegnantes rationes, quas hic recensere valde superfluum foret, me cogunt, vt ad summos in iure honores aditum mihi pararem. Coeptum igitur consilium quum aperirem **ILLVSTRI AC INCLYTO IVRECONSULTORVM IN ALMA FRIDERICIANA ORDINI**, benigne ac officiose is meis annuit precibus decentissimis. Quum autem leges moresque Academiarum exigant, vt, qui honoribus academicis ornari cupit, specimen quoddam, quod dicunt inaugurale, conscribat, ne hac in re quid in me desideretur, laudabilem hancce consuetudinem et mea ex parte servare volui. Elegoram igitur antea argumentum ex iure publico patrio, sed quum summam operi imponere vellem manum, praeter omnem spem accedit, vt dimittere illud me oportet fere absolutum. Quam ob rem quum plures rationes decreti consilii suaderent executionem temporisque angustia non permitteret, doctrinam quandam ex instituto pertractare, observationes quasdam iuris feudalis patrii *de obligatione Domini et Agnatorum ad soluenda ex feudo vasalli defuncti debita brevibus tantum expondere ac publico eruditorum examini subiictere constitui. Me quidem non fugit, multa iam exflare scripta, quibus hic iuris feudalis locus satis diligenter est pertractatus, quorum indicem admodum completum exhibuit ILL. DANIEL NETTELBLADT<sup>1)</sup>) non ita tamen exhaustus esse mihi videtur, vt alienae industriae nihil amplius sit relictum, nec interdum post amplas doctissimorum virorum messes detur spicilegii colligendi occasio. Si quae vero forsitan et a me, qui ab hoc scribendi genere plane sum alienus, nec praesidiis litterariis satius instructus, minus curate aut recte dicta scriptaque deprehenderes, Benevoli Lector, vt nimiae id festinationi, qua premor, adscribere velis, etiam atque etiam rogo.*

§. II.

1) in diff. *de refusione debitorum feudali solutorum*. Halae 1770. cap. 1. Quum autem *Vir illustris* l. c. §. 2. p. 5. diff. ROMANI TELLERI *de oneribus feudi* quidem allegarit, sed annum, quo prodit, ignorasse confiteatur, ego autem hanc dissertationem ipse possideam, adnotare hic vo-

lui, eam prodidisse Lipsiae 1679. Respond. *Adamo Frider. a Schoenberg.* Scriptis ab eo recensitis adhuc addere habet ERN. IO. FR. MANTZEL diff. Num et quoad vasallus aere alieno antecessoris teneatur? Rost. 1759.

## §. II.

### DE DEBITIS VASALLI GENERATIM.

Successor feudalis, licet sit successor *singularis*, qui alias ex legum praescripto aet alienum antecessoris soluere non debet <sup>2)</sup> iure communi neque indistincte solutionem debitorum vasalli defuncli denegare potest, neque simpliciter eam praeflare tenetur. Sed omnia pendent a curata definitione DEBITORVM VASALLI, quorum ergo natura atque indoles ante omnia est inuestiganda. Duplicem enim absque omni dubio vasallus repraesentat personam, aliaque iura habet qua *Vasallus*, alia vero qua *possessor bonorum allodialium*. Itaque feudum ab allodio separandum est, quoties feudum morte vasalli vel *iure successionis* ad successorem feudalem peruenit, qui non *similis* est heres, vti filius, quippe cui allodio repudiato in feudo solo succedere hand licet <sup>3)</sup>, aut saltem *non solus* heres in allodio defunchi, si nempe filius cum filiabus concurredit, vel quoties *iure aperturae* feendum ad dominum, vel eventualiter inuestitum expectatiuariumque deuoluitur, vel quoties *allodium* 'o aet alienum vasalli ad concursum reuocatur <sup>4)</sup> quo casu id quod solutis debitis *feudalibus* ex feudo vendito superest, *iure communi* allodialibus hand cedit creditoribus, sed in favorem agnatorum aut simultanei inuestitorum alii feudo comparando impendendum est. Quae cum ita sint, recte Doctores distinguendū esse arbitrati sunt, inter DEBITA VASALLI ALLODIALIA ET FEVDALIA. *Priora* tanquam in propriam duntaxat vasalli utilitatem contracta, non nisi ex allodio vasalli debitoris sunt soluenda. *Posteriora* vero semper *specialem* supponunt rationem, quare ex feudo sunt soluenda. Quae distincō tanquam in re ipsa fundata, quicquid dicat BENEDICTVS CARPOZOVIS <sup>5)</sup> merito non est negligenda.

A 2

2) L. 15. C. de donationibus.

3) II. F. 45. §. 1. *Vbi vero filium reliquit, ipse non potest hereditatem sine beneficio repudiare, sed aut utrumque retineat, aut utrumque repudiet.*

4) ILL. GE. LVD. BOEHMERVS

*in principiis iuris feudalis praeferunt Longobardici, quod per Germaniam obtinet (edit. nouill.) §. 339.*

5) *in sēmicenturia positionum iuridicarum de overibus vasalli feudalibus decad. I. posit. VIII. n. 21.*

genda. Potissimum quoque usus eius se exferit in famosa illa feudorum divisione *in hereditaria et ex pacto ac prouidentia maiorum talia.* Quamuis enim haecce divisione quoad ipsos terminos in iure feudali Longobardico frustra quaeratur, ac potius merum sit Doctorum invenitum, qui igitur diversimode eam definire solent <sup>6)</sup> tamen rem ipsam non ignorat ins feudale. Valde quidem ab instituto meo foret alienum, si varias, quas iuris feudalnis interpretes excogitarunt opiniones, longius hic examinare velle, aut amplissimum huius divisionis usum pluribus enodare <sup>7).</sup> Hoc unicum tamen animadvertere luet, successores feudales in feudo *hereditario* sive *mero*, sive *mixto* ad defuncti vasallii debita allodialia soluenda esse obligatos, quum e contrario successor in feudo *ex pacto et prouidentia maiorum tali facta* antecessoris sui praestare non teneatur.

### §. III.

#### ET IN SPECIE FEVDALIBVS.

Solent autem Doctores plura debitorum feudalium genera constitutere. Respiciimus enim vel ad *speciale rationem* ex qua obligatio *successoris* vel *possessoris feudi, qua talis ad debitum vasalli ex feudo soluendum descendit, vel ad modum, quo solutio ex feudo est praestanda, vel ad possedores feudi,* qui in specie ad solutionem sunt obstricti, ex qua triplici contemplatione variae proficisciuntur debitorum feudalium divisiones, quas, licet totam debitorum feudalium doctrinam pertractare mihi non sit animus, leuiter tamen tangere me oportet. Quod ergo ad *rationem speciale* attinet, quae interuenire debet, ut *debitum vasalli pro feudali*

6) Quam ob rem hoc nemini mouebit admirationem, ab interpretibus iuris feudalis unum idemque exemplum mox ad feodium referri ex pacto et prouidentia maiorum, mox ad feodium hereditarium merum, mox ad mixtum.

7) Larga manu Auctores hue perti-

nentes allegant ERNESTVS COTH-MANNVS in Vol. III. Rep. 21. n. 9. seqq. fususque hac de re egit CAROLVS HENRICVS MOELLERVS in primis lineis usus practici distinctionum feudalium. cap. IV. dist. 14. et 15.

dali habeatur (§. 11.) illa posita est vel in *dispositione iuris eiusque rationibus*, vel in *consensu* eius ad quem feudum denoluitur. Illud debitum feudale *sua natura* esse, hoc *consensu tale fieri* dicitur <sup>3)</sup>. Fundamentum ergo debiti feudalis *sua natura* talis est aequitas naturalis, cui vel lex vel consuetudo adfisit. Nam *versio in utilitatem feudi ipsius*, vel in *utilitatem successoris feudalium*, quam *Ductores merito tanquam speciale debitorum feudalium fundamentum adsumere soleant*, nisi omnia me fallunt, aequitate naturali nittitur, quae non permittit, aliquem cum damno alterius locupletiorem fieri, et quae secundum regulas rectae rationis iubet, eum habere incommodum, qui communum habere vult. Quum autem ex iisdem iuris naturalis principiis pacta sint servanda, sequitur, ut debitum feudale *consensu tale obliget consentientem*, siue is sit dominus, siue agnatus, feudo, ex quo illud praestandum est, ad eum delato.

## §. IV.

### EORVMQUE DIVISIONIBVS.

Ad aliam iam peruenimus, que supereft, debitorum feudalia diuisionem. Quodsi enim *modum* respicimus, quo solutio ex feudo facienda est, vel ita comparata sunt debita, ut simpliciter ac primario ex feudo sint soluenda, nulla habita ratione ad allodium, utrum sufficiat, nec ne, vel eius sunt indolis, ut non nisi secundario et in subdium excusso prius allodium ex feudo debeantur. Illa DEBITA FEUDALIA NECESSARIA seu PURA, haec vero SVBSTITUTARIA vocari solent. Quas divisiones debitorum feudalium omnes quum agnoscant iuris feudalis interpretes, iis tamen aliam et ante eum plane incognitam conatu hand infelici superaddidit distinctionem BENEDICTVS BREMERVS <sup>2)</sup> qui scilicet rursus ratione possessorum ad quos feudum denoluitur, distinguit inter debita

A 3

feudi

3) G. L. BOEHMER l. c. §. 314. *dalia a vasallo soluta heres allodii a L. L. E. PÜTTMANNI elementa iur. successore in feudo repete queat. feodal. §. 517.*

2) in diff. inaug. *Num debita feu-*

feudi ABSOLVTA , quae ab omnibus feudi possessoribus et RESPECTIVA seu SECUNDVM QVID talia , quae a certis tantum feudi possessoribus sunt praeslenda . Recte igitur animadquerit , debitum allodiale a defuncto vasallo contractum iure feudali Longobardico esse debitum feudale respectuum , quippe quod filium quidem obligat , non autem agnatum successorem . Filius enim , vti iam supra (§. 11.) monuimus , hereditatem sine beneficio repudiare nequit , sed aut utrumque retinere , aut utrumque repudiare debet , quum e contrario agnatus successor , ad quem vniuersa hereditas pertinet , repudiata hereditate , feudum , si paternum fuerit , retinere queat , nec de debito allodiali aliquid feudi nomine solvere tenetur <sup>10</sup>).

## §. V.

### PRAESERTIM SECUNDVM IUS MEGAPOLITANVM.

Cause autem existimes , hasce debitorum feudalium divisiones in Megapoli plane esse otiosas , nulliusque momenti , quam certissimi et indubitati juris sit , feuda apud nos aeri alieno esse obnoxia , adeo , ut et ipsa debita chirographaria sic dicta , pro quibus nempe nulla in feudo constituta est hypotheca , ex feudo sint soluenda . Attamen hoc non obstante , commemoratae debitorum feudalium distinctiones optimo iure et in his terris locum sibi vindicant <sup>11</sup> . Equidem quod ad debita *feudalia* nihil plane singulare iure nostro est sanctum , sed potius eorum intuitu idem valet , quod secundum ius commune obtinet , ita , vt debita *feudalia necessaria*

<sup>10</sup>) 11. F. 45. pr. Si contigerit vasalum sine omni prole decedere : agnatus ad quem vniuersa hereditas pertinet , repudiata hereditate , feudum , si paternum fuerit , retinere poterit : nec de debito hereditario aliquid feudi nomine (seu secundum CIVACIVM propter feudum) solvere cogitur : sed in fratribus , si quos reliquit , ut de eis debitum solvatur , quo tempore deceperit

(secundum quod supra diximus) confiderabitur.

<sup>11</sup>) Cf. PETR. TORNOVIVS in Tr. de feudis Mecklenburgicis P. 1. p. 416. seqq. ERN. LO. FRID. MAN TZEL in iure Mecl. et Lubez. illigat. Cent. II. Iud. 60. et Cent. IV. Iud. 30. CAR. HENR. MOELLER l. c. cap. XXI. dist. 3.

*cessaria* etiam apud nos simpliciter ex feudo sint soluenda. Ratione debitorum autem *allodialium* vtique hoc singulare inuenitur, vt ea etiam feuda nostra afficiant, minime vero simpliciter hoc procedit, ac absque omni limitatione. Quis enim est, qui ignoret, feuda nostra IN SVSIBIVM duntaxat aeri alieno esse obnoxia, allodio vel plane deficiente, vel saltim ad eorum exsolutionem insufficiente<sup>12)</sup>.

Quae

12) ERN. COTHMANNVS Vol. II. Refs. 75, n. 34. et 49. DAV. MEVIVS Confil. 95. n. 38. MOELLER L. c. dist. 1. et c. IV. dist. 15. c. XIX. dist. VI. Sed in re tam clara ac indubitate opus inane ac plane inutile foret, si plurimum Doctorum testimonio hancet thesin suffulcire vellem, quae in inueterata consuetudine et praxi fundatur, de qua tamen ea breuiter referre luet, quae in quatuor illis iuriis feudaliis Mecklenburgici periculis hac de re disponuntur. Quamvis enim nullam habeant auctoritatem legalem, tamen tanquam resu monia iureconsultorum patitorum certo modo valere possunt. Primum et antiquissimum iuriis feudaliis nostri periculum, quod HENRICVM HVSANVM auctorem habet, ac MDLXXXI. confectum, in sequenti autem anno editum quidem ac a Duce VLRICO cum Nobilibus communicatum, sed perrarum factum est, insertum legitur in GEORG. GVSTAV. GERDES Nützlicher Sammlung verschiedener guten Theils ungedruckter Schriften und Urkunden collect. I. p. 32—71. et collect. II. p. 75—77. nec non collect. IV. p. 349. Huius vero caput XXXIX, quatenus hoc pertinet, sequentis tenoris est: Füllt aber das Lehn-Guth an die neglēte Schilt-Vettern, so wird vor allen Dingen des Verstorbenen nachgelassene Erbschafft, wosfern einige vorhanden, angegriffen, und seine Schulden davon bezahlt, und wo die

Erbeschafft nicht zureicht, den Gläubigern aus den Früchten des Lehn-Guts verholfen. Ist aber die Menge der Schulden zu groß, alsdann wirds verkauft, so theuer es gelten mag, und den Gläubigern zu ihrer Bezahlung aus dem Kauf-Gelde nach eines jeden Gebührs verholfen. Secundum iuris feudalis periculum, quod ERNSTVS COTHMANNVS iussu D. Ducis VLRICI compoſuit a MDCII. cum ordinibus prouincialibus quidem communicatum in comitiis Sternbergibus, sed vix legis non obtinuit, licet parum abfuerit, quin legis vi gorem accepisset. Quare, et quum a pluribus in allegando auctoritas legalis illi tribueretur, per expressam constitutionem D. Ducis FRIDERICI WIHELMI eius allegatio subpoena 50 thalerorum prohibita est. Quae de debitis in subdiuidis ex feudo soluendis Tit. XIX. art. IV—VI. eodem fere modo disponuntur, vti in formula illa HVSANI, sic sonant: Außerhalb solcher und dergleichen Fällen werden die Schulden von dem bahren Gelde, oder andern zu Erbe gehörigen Gütern, sofern einige verbanden, verlegt und bezahlt. Würde aber keine Erbschafft verbanden seyn, oder zu Ablegung der Schulde nichtzureichen, so wird den Gläubigern aus den Früchten des Lehn-Guts verholfen. Da aber die Menge der Schulden so groß, daß zu derer Abtragung die Früchte nicht zu langen

Quae obligatio omnibus incumbit successoribus feudalibus, adeo, vt hoc respectu nullum sit inter filios et agnatos succedentes discrimen. Jure enim Megapolitano agnatis non licet, repudiato allo-  
dio in fendo tantum succedere, vt eo ipso feudum aere alieno li-  
berent <sup>13)</sup>.

## §. VI.

Iangen könnten, alsdann wird das Lehn verkauft, und das Kaufgeld zur Bezahlung der Schulde angewendet. Art. VII. Und wird hierin, so viel die Lebnsfolgere betrifft, kein Unterchied gehalten, ob sie in die gemachte Schulden gewilligt, oder nicht. Periculum hocce integrum vna cum notis super consuetudines Mecklenburgicas, quae B. Consil. Provinciali CHRIST. WILH. DE LEHSTEN adscríbuntur, vid. GERDES apud IO. MEN. POETKERVUM in der neuen Sammlung Mecklenburgischer Schriften und Urkunden P. I. p. 51. TORNOVIVS suo tractatui de feudis Mecklenburgicis præmisit, ac reperitur apud IO. CHRIST. LÜNIGIVM in Corpore iuri feudal. german. Tom. II. p. 1582, seqq. Tertium iurius feudalis Mecklenburgie periculum condidit DAVID MEVIVS, quod orbis literario donauit ERN. IOACH. DE WESTPHALEN, qui Tom. I. monut. inedit. p. 651—800, integrum illud typis exaudi curauit. Cuius in Part. III. Tit. XIX. Von Bezahlung der Schulden aus den Lehnern wie auch deren Verpfändung s. i. sequenti leguntur: Bey Bezahlung der Schulde aus den Lehnern ist zuforderst Acht zu haben, ob diese onera feudi Lehn-Bürden, oder sonst gemeine Schulden seyn, die Lehn-Bürden, sey dafür mit des Lehn-Herrn Confess das Lehn verpfändet oder nicht, träget das Lehn allein, und müssen daraus bezahlet werden, obgleich der Lehn-Mann viel Allodien hätte, und

eine reiche Erbschaft hinter sich verließ, hingegen andere gemeine Schulde tragen die Lebne nicht, dann nur in subfdium, wann keine Erhgüter verhanden. Quarta denique iurius feudalis Mecklenburgici formula, quae sub titulo Entwurf des Mecklenburgischen Lehn-Rechts 1557. tam exiguo exemplorum numero typis excuta est, vt inter rarissimos libros merito referatur, autem agnoscit ERNESTVM IOAN. FRID. MANTZELIVM. Ibi Tit. XI. Vom Schalten und Walten mit den Lehn-Gütern, und wie weit dieselben Schulden tragen, postquam p. 87. regula generalis, daß die Mecklenburgischen Lehn-Güter in subfdium Schulden tragen, und zwar ohne Unfern und der Vetttern Consens, und daß auch die bloß chirographarischen Forderungen aus denselben in Concur-  
sen bezahlet werden, stabilita est, pag. 89. pergitur sequentem in modum: Überbaupt also geben die Lehn-Güter mit allen Schulden, zwar auf die Erben und Successoren, auch Uns selbst, wenn sie Uns erledigen werden, bis an ihren Wehrt; jedoch steht das Prinzipium, de subfdio tantum, noch immerhin fest.

13) Rechte autem IAC. HENR. BA-  
LEKE in notis ad Moelleri prim. lin.  
v. præct. dist. feud. c. XVI. Disk. 7.  
n. 17. monet, hoc tantum intuitu ae-  
ris alieni locum inuenire, 'nec affiri  
posse, distinctionem inter filios et agna-  
tos successores in Megapoli profrus  
cessare,

## §. VI.

### TRANSITVS AD SPECIALIORA.

Quae cum ita sint a nobis exposita, facili negotio ad singula respondendum erit momenta, quae in materia de debitis feudali- bus dubia videntur, et in utramque partem disputari possunt, quae igitur ob quotidiam sere in foro frequentiam ulteriori omnino discussione digna sunt. Sed terminos finesque huic commentatiunculae praescriptos transgredererum, si omnes hic occurrentes quaestiones proponere vellemus, quod et alii labores, quibus obruti sumus, non permittunt. Pro instituti ratione sufficiet, inter hasce quaestiones quasdam eligere, quae obiter tantum tales, nondum autem ex instituto pertractatas inuenio. Inter quas prae aliis se mihi commandant tres, quas hic discutere mecum constitui. I.) *Vtrum successor feudalis consentiens, principaliter, an in subfidiu teneatur?* II.) *Quid iuris sit intuitu debitorum antecesis foris*

cessare, sed potius excepto aere alieno respectu aliorum factorum defuncti admittendam esse. Quare nemo non videt, agnatos omnino allodium posse repudiare et feudum solum retinere, eo effectu, ut non teneantur omnia facta defuncti vasalli implere. Id quod eo minus in dubium vocari potest, quum expressa legis functione nitatur. Nam in TRANSACTIONE PROVINCIALI MEGLEN-BVRGICA §. 302, disertis verbis cauetur: *Nicht weniger ist die von Seiten eines und des andern Vasalli oder Inhabers vornehmlich etwa geschobene Renunciation der Jagd, nicht zum Praejudiz der Agnatos zu erfrecken, sondern es soll solche Renunciation, wenn das Lehn auf die Agnatos devolviert wird, sofort cessiren.* Cf. IDEM l. c. cap. IV. dist. 15. n. 12. In periculis iuris feudalis Meclenburgici HV-

SANI et MEVII de repudiatione agnatorum in specie nihil sanctum est, licet in Mexiano P. II. Tit. V. §. 18, filiorum intuitu repetatur dispositio iuris feudalis communis. In COTHMANI *Projet des Mecklenburg, Lehn-Rechts Tit. XIX.* art. VIII. haec de re ita disponitur: *Wie dann auch kein Unterschied gemacht wird, ob der Sohn oder die Agnaten das Lehn allein an sich genommen, und die Erbschaft repudiert, oder der Erbschaft mit dem Lehn sieb unternommen — haben.* MANTZELIVS im Entwurf des Mecklenburgischen Lehn-Rechts Tit. XI. p. 90. generaliter omnes successiones in feuda cum repudiatione allodii reprobant: *Auch, inquit, wiederholen Wir an dieser Stelle, daß die Successiones in feuda cum repudiatione allodiorum nicht statt finden sollen, und dies ohne Unterscheid der Lehne.*

B

*foris ab ultimo defuncto non contractorum, sed una cum feudo ad eum translatorum — anererbter Schulden — III.) An residuum pretii, quo feudum comparatum est, a domino directo in casum aperiaturae seudi sit praestandum?*

### §. VII.

#### SUCCESSOR FEVDALIS CONSENTIENS TANTVM IN SVBSIDIVM TENETVR.

Primam ergo quod attinet quaestionem omnes quidem iuris feudalis interpres in eo conueniunt, ut debitum feudale *consensu* *tale* non nisi consentientem obliget. (§. III.) Sed eo maior est disensus, si quaeritur: *utrum consentiens principaliter, an in subdium teneatur?* seu quod fere idem est, *an ipsi competit exceptio executionis?* Prout nempe consentient, qua tertio hypothecae possessori hancce exceptionem aut concedunt aut denegant, ita id, de quo quaeritur, vel affirmant vel negant. Quantis tricis ac difficultibus haecce quaestio de iure communi sit implicita et inuoluta, neminem sane fugit. Mirum igitur non est, ipsum vsum forensem varium esse atque inconstantem, quum vtraque sententia defensores habeat ICtos non insiniae auctoritatis. Quanvis autem non tantum mihi sumnam ac arrogem, vt hancce litem inter summos viros agitatam componere vellem, tamen et mihi exponere licebit, quid ego de hac controuersia sentiam et praecipue quid iure nostro obtineat. Sed si dicendum quod res est, ius Megapolitanum hoc in casu a iure communi non differre existimo. Quam ob rem et iure nostro successorem feudalem *ex consensu suo* non nisi *IN SVBSIDIVM* teneri, affirmare nullus dubito. Consensus enim agnatorum et Domini ex natura *accessoriae* obligationis aestimandus est, majorisque tantum securitatis causa quasi fideiussorio nomine accedit. Debitor autem principalis eiusque obligatio per consensum impertitum nullo modo mutatur, nec unquam contendi potest, *solo consensu* Domini agnatorum primam et originariam debiti qualitatem ita esse mutatam, vt debitum, quod,

quod, uti supponimus, ab origine fuit *allodial*, iam *ipso iure* fiat debitum feudale *necessarium et absolutum*, quod principaliter ab *omnibus successoribus ex feudo* sit *praestandum*. Potius debitum vasalli etiam post interuenientem consensum pristinam suam, quam habuit, retinet qualitatem. Et quamvis iure nostro omnia debita a praedefuncto vasallo contrafacta eatenus feudi debita vocari queant, quatenus quilibet successor feudalis, siue sit filius, siue agnatus, feudo ad eum deuoluto ad quaecunque vasalli defuncti debita exfoluenda est obstrictus, tamen per se patet, obligationem tantum esse *subfidiariam*. (§. V.) Quomodo enim quaelo sub illo iuris colore asseri potest, dominum et agnatos eo ipso, quod in debitu quoddam consenserint, illud in se recepisse seque principales constituisse debitores. Certum quoque est, quam quod certissimum, illis, etiam si pro eiusmodi debito fideiubendo intercessissent, competuisse beneficium ordinis, postquam **IUSTINIANVS** iniquum censuit<sup>14)</sup> cum tertio agi, quamdui principalis debitor soluendo est.

B 2

Quanto

14) **IUSTINIANVS** enim reuer-  
ra nihil noui constituit, sed potius ius  
antiquum in usum reuocauit, quod  
initio reipublicae iam obtinuit, quod  
vero, postquam Praetor **SERVIVS**  
creditorum pignoratius ius quoque agenti  
contra tertios possidores dederat  
§. 7. *I. de action.* aliquatenus immutata  
fuit. Ex eo enim tempore libe-  
rum ei fuit, vel personam debitoris,  
vel possesorem pignoris eligere. L. 14.  
et 24. *C. de pignor.* L. fin. C. de obbl. et  
act., vel virumque conuenire L. 13.  
§. 4. *fi. de pignor.* vel variare, licet  
damnum iam fuerit debitor principali-  
lis L. f. *C. de fiduciis.* L. 13. §. 4. cit.  
Sublata autem hacce eligendi facultate  
legem antiquam restituit **Iustinianus**.  
*Id*, quod verba finalia *Nouellae*  
*IV. c. 2.*: *antiqua siquidem lex haec  
valeat rursum*, satis clare indicant.  
Postquam eni capite primo huius  
*Nouellae* *fideiussori* a creditore con-  
uenio beneficium ordinis seu excus-

tionis indulserat, ita ut fideiussor iure  
fuo virsum tenetur tantum in subsi-  
diuum, et auctor exceptione excluda-  
tur; in capite secundo *cit.* *Nou.* idem  
concessit omnibus rerum oppignora-  
torum possesoribus absque via distinc-  
tione generali inter et *specialem* hy-  
pothecam. Quare lege non distinguente,  
nec nostrum est distinguere, sed lex,  
quoniam generaliter loquatur, generali-  
ter quoque interpretanda est. Nec per  
*Nou.* *CXII.* eidem derogatum esse dici  
potest, quod probatum dedit **ERN.**  
**CHRIST.** **WESTPHAL** in *Versuch*  
einer *Systemat. Erläuterung vom Pfand-*  
*rechte* §. 277. et 278., ad quem lecto-  
rem ablego. Etsi enim dubitari ne-  
quit, quin ius in rem habeat credi-  
tor, cui feodium legitime est oppigno-  
ratum, hinc adiuterius possesorem acu-  
menem insitueret queat, illi tamen non  
illico haec competit facultas. *Quod*  
forsan eam ob causam **IUSTINIA-**  
**VS** constituit intuitu tertii pignoris  
pos-

◆◆◆◆◆

Quanto magis ergo id procedere debet, quum ne fideiustio quidem interuenit, sed solus accessit *consensus*, ex quo secundum naturam negotii ac intentionem contrahentium non nisi *subsidiaria* descendere potest obligatio. Quemadmodum enim iure communis feudi *dominus* suo consensu hypothecae constitutionem firmiorem reddidit, ut et *intuitu ipsius* valida sit; ita et agnatorum consensus nihil aliud efficit, quam ut et *ratione ipsorum* hypotheca subsistat. Dominus ergo et successores feudales non obstante consensu in debitum dato exceptione excusationis se tueri possunt, nec non bona allodialia, quae forsitan possident, retinere, donec heres ea debita, unde actiones ipsis metuenda sunt, persolvat<sup>15)</sup>. Quod autem haec omnia etiam in Megalopoli nostra locum habeant, eo minus in dubium vocari potest, quo certius est, eam, quam tuor, sententiam in clara lege domestica esse fundatam, quippe qua expressis sancitur verbis, successores feudales tantum in *CASUM DEFICIENTIS ALLODII ad debita tempore mortis ultimi vasalli feudo inhaerentia* esse debere obligatos. Sic enim in REVERSALIBVS de anno CIOIOCXXI articulo XXVII. caustum legimus: *Die auf dergleichen Lehen, auf Ableben des Lehn-Manns haftende Schulde, dasfern dieselbe von des Verstorbenen Nachlass nicht bezahlet werden können, sollen von den Erb-Jungfern, so lange sie sich ihres Privilegii gebrauchen, gebührlich verzinset, aber die Haupt-Summa von den Lehns-Folgern endlich wieder erlegt und bezahlet werden.* Quis, quaequo, iam non videt, hac ipsa lege clarissime loquente successores feudales tantum in *subsidium* obligari. Et certe, nisi omnia me fallunt, hoc quoque obtineret, si vel maxime verba: *dasfern dieselbe von des verstorbenen Nachlass nicht*

*possessoris*, quia hic certe confessum rursus conveniret debitorum, qui si dissoluere aet alienum suum potest, creditori non solum satisfacit, sed etiam praestatione sua efficit, ut possessor, qui in bona fide est, titulumque habet iustissimum, quiete retineat rem adquisitam. Quod non fieret, si actioone quasi Seruiana sic ciceretur praedio.

15) Nisi iure particulari contrarium expresse sit statutum, ut iure Saxonico *Constit. 46. P. II. verbis: Wom* aber mit ihrer Bewilligung solche Schuld gemacht, und auf die Lehn verschrieben — sollen folche Schulden durch die Lehnsfolger aus dem Lehn vergnüget, und die Land-Erben damit verhobnet werden. Cf. *Decis. Elect. VII. de anno 1746.*


nicht bezahlet werden könnten, huic dispositioni diserte non essent adiecta, quam ea, quae juris communis sunt, tamdiu valeant, quandiu iure particulari aliud esse statutum doceri nequeat. Minime autem asseri potest, hanc iuris patrii dispositionem tantummodo intuitu filiae vniuersitatis valere, nec pro regula esse habendam. Sed potius generaliter verba sunt intelligenda ita, ut nisi in casu quodam speciali contrarium caueatur, aut natura debitorum feudalium aliud suadeat, successorum feudalium obligatio ad soluenda debita defuncti semper sit ac maneat subsidiaria. Quia in re consentientes habeo ICTOS ROSTOCHIENSES<sup>16)</sup> qui initio huius seculi citatum articulum ita interpretati sunt, ut loquatur de debitis feudalibus *subsidariis*, non autem *de necessariis et absolutis*, ad quae certe debita *consensuata* non pertinent. Nam quamvis ego non sim, qui tantum auctoritati tribuat, ut legem vincere possit, tamen in gratiam eorum, qui saepe non quid verum sit,

B 3

qua-

16) Cf. ERN. IO. FRID. MANZELLI *Ius Mecklenb. et Lubec. illustratum P. II. Iud. LXIX.* Ob natus in Mecklenburg die Lehn simpliciter Schulden tragen, deficientibus allodialibus, und also auch die Debita Vafali Difuncti seu hereditaria involviren, worin die praxis dieser Lande vom gemeinen Rechte, und der vulgari praxi abweicht, als wornach soiſt der Vafalus dazu nicht gebalten. COTHM. Vol. 2. Conf. 75. n. 34. So können doch die vorcirte Mecklenb. Reuerf. §. 27. aliovo verordnet, daß die Schulden, so auf den Lehn haften, deficientibus allodialibus, zu bezahlen, gar nicht extindiret werden auf ſolche Schulden, welche nach dem gemeinen Lehn-Recht und ex vulgari praxi also beſchaffen, daß ſie müssen ex feudo bezahlet werden, wenn gleich allodialia vorhanden, nachdemmab jeder Zeit dergleichen constitutiones, die a iure commoni abgeben, strictae interpretationis ſind; mitbin beſagter §. 27. nur von ſolchen Lehn-Schulden zu verſtehen, welche

nach dem gemeinen Lehn-Recht agnatum proximum in ſubſidium, nicht aber von denen, welche ihm indiſtincte, oſchon allodialia vorhanden, ſtingiren. Cf. EIVSDEM Entwurf des Mecklenburg. Lehn-Rechts l. c. verbis: *Allermann auch in diesen Unfern Landen die Excusſio Allodiis ante feudum allemabß ſupponiert wird: Gleich auch bey wahren Oneribus feudi, dahin aber die von Uns bloß consenſuirten Schulden nicht zu rechnen, Excusſio feudi ante allodium ſtatt findet.* Idem Capitaneus quondam Coenobii Malchowensis IOANNES GVILLIELMVS DE PRESENTIN in monitis über den Entwurf des Mecklenburgischen Lehn-Rechte de anno 1757. quae hic vsque typis impressa non ſunt, de regula ipſa non dubitavit, ſed tanquam ad verba: *bloß consenſuirten Schulden monuit, addendum eſſe: außer des Falles, deſſen in erwebnen ziten Art. der Reuerſalen Meldung geſchiehet.*



quaerunt, sed personas magis eorum, qui quid adserunt aut negant, quam argumenta, quibus ventur ad firmandam opinionem suam, respiciunt, hoc monere necessarium duxi.

### §. VIII.

#### DISSENTIENTIVM ICTORVM PATRIORVM SENTENTIA PROFERTVR.

Nihilo tamen minus alii magni nominis ICti, et de iure feudali patrio insigniter meriti in aliam prorsus iuerunt sententiam. Nam PETRVS TORNOVIVS <sup>17)</sup> GEORGIVS ENGELBRECHT <sup>18)</sup> et CAROLVS HENRICVS MOELLERV<sup>S</sup> <sup>19)</sup> contrariam, quam sustinuimus, defendunt opinionem. Verum enim vero a nobis impetrare non potuimus, ut in suminorum horum Triumvirorum discedamus sententiam. Ne vero alto supercilio, quae tantis viris placuerunt, spernere videamur, omni, qua par est, modestia ac diligentia, eorum, quae protulerunt argumenta, perquiramus et inueligemus.

### §. IX.

#### ARGVMENTA TORNOVII.

Duobus potissimum usus est TORNOVIVS argumentis, quibus opinionem suam, quam fouet, firmare annis fuit. Quorum in recensione non possum sincerius agere, quara si ipsum loquente introduciam. „Quae, inquit, ad elidendum exceptionem excusationis deduxi, illa eo magis in feudis nostris Megapolitanis aeris alieno obnoxii procedunt: tum quia ea quoad sustinendum aeris alieni onus, praeter naturam feudorum communium, singulariter sunt qualitatis, adeoque hoc in passu haud deterior eis imponeenda est conditio ea, quam alias de iure communi haberent,

„vel

<sup>17)</sup> in Tract. de feudis meclenburgicorun*um iuribus Sec̄t. II. burg. P. I. p. 437.*

*Meclenburgicorun*um iuribus Sec̄t. II. §. 12.**

<sup>18)</sup> in diff. de singularibus feudorum *feudal. cap. XXI. diff. 2.*

<sup>19)</sup> in prim. lin. usus tract. diff.

„vel quae cum principiis iuris communis congrua reperitur; tum  
„quia in §. 21. Reuersalium de anno 1621. in quo Serenissimi Prin-  
„cipes mentem suam declararunt, quatenus praefuppositis certis  
„requisitis in casu aperturae ad solvendum ex feudis aes alienum  
„se obligatos esse velint, de eo nihil dispositum reperitur, cum  
„tamen in §. praeced. 27. Reuersal. de alia quadam specie debito-  
„rum feudalium, nempe de dotatione virginum vsufructuariorum  
„Nobilium ex feudo, expresse cantum, quod tum demum dos ex  
„feudo praefstands sit, quando hereditas allodialis eam suppeditare  
„non possit.“ Primo autem arguento, quod ex iure communis  
depromptum est, ac petitionem principii inuoluit, eo facilius fu-  
persedere quo, quam hoc iam ab EICHELIO <sup>20)</sup> GUNDLINGIO <sup>21)</sup>  
WERNHERO <sup>22)</sup> HERTIO <sup>23)</sup> SAM. DE COCCEII <sup>24)</sup> PVENDORFIO  
<sup>25)</sup> WESTPHALIO <sup>26)</sup> KOCHIO <sup>27)</sup> BOEHMERO <sup>28)</sup> PÜTTMANNO  
<sup>29)</sup> aliisque quam plurimis <sup>30)</sup> sat sufficientibus refutatum est rationi-

<sup>20)</sup> IO. EICHELIVS s. potius  
Resp. GE. ENGELBRECHT in diff.  
de debitis feudalibus. Helmst. 1665. §. 41.

<sup>21)</sup> NICOL. HIERON. GUND-  
LING in dissertatione, quae inser-  
pta est: *Singularia de beneficio excus-  
fionis capita. Hal. 1728.* (in eiusdem Exer-  
cit. acad. T. I. exc. XVIII) cap. V.

<sup>22)</sup> IO. BALTH. WERNHER in  
diff. de beneficio ordinis s. excusi. pos-  
sessori extraneo aduersus creditorem, si-  
ue generali, siue ex speciali hypotheca  
agit, contra spuriam Nou. CXII. c. 1.  
interpretat. competente. Vit. 1725.  
IDEM in select. Olseruat. T. I. P. I.  
Obs. 130.

<sup>23)</sup> IO. NICOL. HERTIVS in  
diff. de differentiis pignoris generalis et  
specialis cap. V. §. 8. (in eiusdem com-  
ment. et opuscul. Vol. II. T. III. p. 126.)

<sup>24)</sup> SAM. DE COCCEII in iure  
controv. Libr. XX. Tit. I. Qu. 14.

<sup>25)</sup> FRID. ES. PVENDORF in  
Olseruat. iuris uniuersi. Tom. III. Obs.  
67. et 142.

<sup>26)</sup> ERNST. CHRIST. WEST-  
PHALS *Verfuch einer Systemat. Er-  
läuterung der sämtlichen Römischen  
Gesetze vom Pfandrecht.* p. 399. seqq.

<sup>27)</sup> IO. CHRISTOPH. KOCHI-  
VS de beneficio excusationis tertio hypo-  
thecae specialis possessori competente,  
Gieß. 1771.

<sup>28)</sup> GE. LVD. BOEHMERVS in  
principiis iuris feudalium §. 270. et 320.

<sup>29)</sup> I. L. E. PÜTTMANNVS in  
lement. iur. feudalis §. 522.

<sup>30)</sup> Inter quos, quam omnes hic  
recensere valde superuacaneum esset,  
principie adhuc nominari merentur  
LUDOLPH. SCHRADERVS in tr.  
de feudis P. VII. cap. VII. n. 42.  
MATTH. BERLICHIVS in conclus.  
practicabil. concl. 55. n. 46. GE. AD.  
STRUUVIVS in syntagm. iur. feud.  
cap. XIV. §. XXIV. CASP. HINR.  
HORN in iurisprud. feudali cap. XXL  
§. 2.

tionibus. Sed et alterum argumentum, quod TORNOVIVS EX REVERSALIBVS defumisit, me quidem indice, non probat, quod probare debet. Ex eo enim, quod in articulo XXXI. REVERSALIVM de agno 1510-1521. expressis verbis non repetatur, quod articulo XXVII. generaliter iam erat dispositum, scilicet ut Dominus deficiente denuo allodium aesi alienum sub memoratis ibi limitationibus contractum soluere velit, ex eo, inquam, certe non sequitur, quemcunque successorem feudalem in debitum quoddam consentientem simpliciter semper et principaliter ad eius solutionem esse obligatum, licet amplissimum defuncti expletum allodium, ex quo expungi posset. Potius nulla solida dari potest ratio, quare non idem hic obtinere debeat, quod paulo ante in articulo XXVII. Reversalium clarissime est statutum, siquidem superfluum fuisset ea repetere, quae per se intelliguntur. (§. VII.) Quum enim omnes ICI tam patrii, quam extranei uno ore confiteantur, fenda nostra Megapolitana aeri quidem alieno esse obnoxia, sed non nisi in subfidiu (§. V.) haec regula iuris feudalium patrii tamdiu semper firma manebit, donec exceptio ab hac regula doceatur. Tantum autem abest ut ex solo silentio legis eiusmodi exceptio colligatur, vt potius contrarium coniicere liceat, quin constitutions particulares a iure communi recedentes strictissimae sint interpretationis. Et si ponamus reuera in casu quodam singulari per modum exceptionis a regula aliquid fuisse statutum, exceptio tamen in casu non excepto firmaret regulam, nec de casu ad casum esset trahenda,

## §. X.


### REFELLVNTVR.

Quilibet igitur hanc legis fundamentalis sanctionem paulo penitus inspiciens facilis negotio inueniet, eam potius sententiam meam firmare, quam vt pro tuenda contraria opinione allegari posset. Quod vt eo clarius intelligatur, brevibus ipsam REVERSALIVM dispositionem explicabimus. Ex quo statim apparebit, singulare ibi Nobilibus concedi priuilegium. Id quod verba: *Dennächſt*

nächst haben *Wir* fürs ein und dreißigste Unserer getreuen Ritterschaft die besondere Gnade gethan — latisclare demonstrant. Nam Serenissimi Duces clementissime promiserunt, sub formalibus praescriptis quaedam se soluturos esse debita ultimi vasalli, in casum quo feudum ipsis aperiatur. Totus enim articuli contextus quam evidentissime docet, ibi de casu instantis aperturae fermone esse. Quamuis enim apud nos ad validam hypothecae constitutionem domini directi et agnitorum consensus non sit ita necessarius, vt eo neglecto debita ex feudo non sint soluenda, tamen omnino res alter se habet, quando feudum proxime ad aperturam inclinat. Ambigendum enim non est, eo in casu ultimum vasallum et in Megapoli nullam cum effectu consti-  
tuere posse hypothecam absque domini directi consensu<sup>31)</sup>). Obligatio potius ad eum impetrandum clarissimis verbis vasallo imponitur, quando in citato articulo XXXI. REVERSALIVM sancitur: *Solches Uns und Unfern Nachkommen, den Regierenden Landes-Fürsten, als den Lehen-Herrn supplicando zu erkennen zu geben, und um gnädigen Consens und Bewilligung unterhängig anzuhalten schuldig und verpflichtet, Wir aber und Unsere Nachkommen zu Abtragung anderer und mehrrer Schulden, dann obberührt, nach Eröffnung der Lehen keinesweges obligiret und gehalten seyn sollen und wollen.* Quodsi autem dominus directus consensum suum in debitum quoddam impertitus est, ac aës alienum consensuatum ex feudo aperto se exsoluturum esse promittit, minime tamen exinde, vii (§. praeced.) iam monuimus, valet consequentia, se, et multo minus quemlibet successorem feudalem eo ipso, quod in debitum quoddam consensit, semper principaliter obstrictum esse. Nam si ita argumentari nobis licet, plus omnino esset in conclusione, quam est in praemissis, quod tamen regulis logicis aduersaretur. Salua igitur res est, successorum feudalium consentientium obligationem duntaxat esse eventualem et subfidiariam. Nulla quoque ratio suadet, quare hic exceptionem statueremus a regula, quae iubet, *feuda nostra tantum IN SUBSI-*

DIVM

31) MOELLER I. c. cap. XIX. dist. 6. p. 475. (edit. nouiss.)



DIVM aeris alieno esse obnoxia, et quae in articulo XXVII. Reuersalium fundamenti loco ponitur, vti pluribus (§. VII.) evictum dedimus. Nec obstant verba Articuli XXXI. sequentia: *dass die einem Lehn-Mann anererbte Schulden, und darinn er sonst wegen gebührlicher Aussteuer und Abfindung seiner respectiue Töchter, Schwester und Brüder, doch das solches nicht übermäßig geschicht, durch Feuers-Brunst, Ungewitter und andere casus fortuitus, ohne seine Hin- und Fahrflägigkeit aus Göttlicher unveränderbaren Verhängniß gerathen mögte, aus den uns eröffneten Lehen bezahlet und abgerichtet werden sollen.* Nam si a debitis ab ultimo vasallo non sed ab antecessore suo contractis et vna cum feudo ad eum translatis — *angeerbten Schulden* — discesseris, quippe quae huc non pertinent, et de quibus infra nobis erit dicendi locus, *'hic, vti ipse TORNOVIUS agnoscat, solum sermo est de vasallo, qui multis calamitatibus et casibus aduersis plane sine sua culpa ac ineuitabili necessitate in tantum incidit aes alienum, vt ipse non habeat, vnde filias aut sorores dotet, fratres dimittat ac aedificia flamma deslagrata reficiat, sed eum in finem nouum contrahere debat aes alienum.* Manifesto igitur supponitur vasillus proprium non habens allodium, ex quo ad eiusmodi erogationes pecuniae necessariae sumi possunt, quod et verba mox subsequentia: *Und wann er dann zur Aussteuer seiner Töchter und Schwester, oder auch in andern Fällen so jetzt vermeldet, einer Anleihung einer gewissen Summen Geldes benötiget, indubitate ostendunt.* De eo enim, qui abundantem ingentemque habet pecuniam, certe dici nequit, eum aeris alieno premi, ac pecuniarum indigere. Quum igitur absque omni dubio in saepel landata lege agatur de vasallo ad incitas fere redacto, per se patet, dominum, licet consenserit, non aliter voluisse esse obligatum, quam in casu lege determinato, ac diserte expresso. Quare et ego quaestione: *An dominus directus in casu oppignorationis legitime cum consensu factae, contra heredes allodiales vasalli agere queat, vt debitum, pro quo oppignoratio facta est, ex allodio solvant, sive feudum ab aere alieno liberent?* quam IACOBVS HENRICVS BALEKE<sup>32)</sup> decidere non auctor est, affirmare nullus dubito.

§. XI.

<sup>32)</sup> in notis ad MOELLER. l. c. cap. XXI. dist. 1. n. 7. pag. 518.

§. XI.

V L T E R I V S.

Ipse quoque MEVIVS<sup>33)</sup> qui alias inter dissentientes est, et successori feudali contra creditorem aduersus se agentem beneficium ordinis seu excuslionis denegat, ingenue tamen confitetur, heredem a successore feudali conueniri posse, vt feudum ab isto onere liberet. „Qua debitorem vero, inquit, eiusque heredes manet nexus ille subsidiarius, nec eo magis, quod principis, ut domini feudi consensus accedit, secundum one- ratur, sed est isti ius ab herede exigendi, quod creditori soluendum.“ Ast cum MEVIVS hoc casu subsidiariam successoris feudalism ex con sensu agnoscat obligationem, ego saltim non video, quomodo nexus ille subsidiarius eo ipso, quod creditor contra eum actionem moueat, ita desinere queat, vt ille, qui ex natura negotii et obli gationis accessoriae non nisi in subsidium tenetur, iam principaliter ac simpliciter debere incipiat. Nulla vera hic perspici potest diuer sitatis ratio, nec creditoris interest, vtrum a debitore principali, an a successore feudali fiat solutio, dummodo id accipiat, quod illi debetur. Iam autem in casu, de quo loquimur, si nempe al lodium defuncti ad soluendum aes alienum sufficit, ab heredibus allodialibus suum obtinere potest. Quare nihil naturae magis conuenit, nihilque aquius est, quam vt is conueniatur prius, qui ipse debitum contraxit, aut qui suam repraesentat personam, puta heres eius, quam ille, qui secundum ipsam pacientium intentionem in eum deum eventum obligatus esse debuit ac voluit, si debtor principalis soluere non posset. Quodsi enim ipsum negotium inter creditorem, debitorem et successorem feudalem paullo curatius intueamur, statim adparebit, creditorem metuisse, vt contractum aes alienum ex debitoris bonis propriis solui potuerit. Dum ergo consensum domini et agnatorum in hoc debitum sibi dari curat, id solum agit, vt dominus et agnati promittant, se eventualiter ex feudo soluturos esse debitum, si fortasse debitoris

C 2

bona

33) DAV. MEVIVS in decisionibus P. IV. Dec. 192, et P. V. Dec. 364. cf.  
MANTZEL l. c. P. IV. Iud. XXX.

bona non sufficerent ad illud ex iis expungendum. Quae cum ita sint, facile est intellectu, non prius contra successorem feudalem dari actionem, quam existente casu, in quem se obligauit, id est, si debitor non tanta reliquerit bona, ut inde solutio fieri posset. Quibus sufficientibus nulla plane eorum intuitu nata est obligatio. Cessante enim causa, ut cesser effectus, necesse est.

### §. XII.

#### ADVERSVS ENGELBRECHTIVM ET MOELLE-RVM VLTERIVS DISPVVTATAVR.

Inter dissentientes ENGELBRECHTIVM nominasse sufficiet. Quum enim nullas pro tuenda sua opinione protulerit rationes peculiares, superfluum foret, longius aduersus eum disputare. MOELLERVS<sup>34)</sup> e contrario, cum quo iam nobis res erit, omnem usum distinctionis debitorum feudalium *natura talium et consensuaturum* in Megapoli negans, hocce potissimum vtitur arguento, quod, quum debita hereditaria et hypothecae etiam non consensuatae fenda nostra Megapolitana iam in subsidium afficiant, certe hypothecis consensuatis maior ille ac plenissimus tribuendus sit effectus, ut debita, pro quibus constitutae, principally ex feudo, nulla admissa exceptione excusationis, a quoconque feudi possessore fint exsoluenda. Ast MOELLERI argumentum non maximi momenti et ponderis esse videtur. Nam si usum distinctionis in debita feudalia *natura talia et consensuata* in eo ponimus, quod illa simpliciter ac primario ex feudo fint soluenda, non habito respectu, quis sit feudi possessor, an debitor ipse an vero agnatus vel dominus, haec autem in subsidium tantum, excusso semper antea debitoris allodio; certe et in Megapoli huius distinctionis usus negari nequit, quum ex iis, quae hucusque aduersus TORNIVM a nobis disputata sunt, prono alueo fluat, debita *vi patii* feudo tantum inherentia etiam apud nos non aliter ex feudo esse praestanda, quam si propria debitoris bona haud sufficiant. Quod autem argumentum ipsum attinet, ingenue fateor, me non intelligere,

<sup>34)</sup> l. c. cap. XXI. dist. 2. p. 521.

gere, quomodo recta via sequatur, vt ideo in debitibus consensuatis cessare debeat exceptio excusutionis, eaque necessario ac principali-  
ter a quounque fendi possessore sint soluenda, quia iam debita he-  
reditaria non consensuata in subsidium ex feudo sunt praestanda.  
Omnia, quae ad summum ex eo colligi possunt, in eo consistunt,  
vt nil aequius sit, quam vt debita, in quae dominus consensit, in  
Megapoli praerogatiua quadam gaudente prae iis, quae consensu  
non sunt munita. Et hoc, si recte video, est vnicum priuilegium,  
quod eiusmodi debitibus iure nostro tribuendum est, et quod spe-  
ciali Constitutione<sup>35)</sup> D. DUCIS ADOLPHI FRIDERICI d. vi. Febr.  
cicidocxlv. publicata conceditur, vi cuius hypothecae consensu  
domini directi muniae omnibus non consensuatis, etiam anteriori-  
bus sive publicis sive priuatis praeficeri debent. Nullo autem verbo  
ibi caenatur, dominum ex suo consensu simpliciter velle esse ob-  
stricatum, quod tamen necessarium fuisset, si contra dispositionem  
iuris communis tale quid obtinere debuisset. Aliud enim omnino  
est, hypothecae consensuatae praferentiam p[re]e non consensuata  
tribuere, et plane aliud, dominum ex consensu suo simpliciter te-  
neri. Quibus expostis nemo non intelligit, solum consensum in  
se non producere obligationem aliam, quam *subsidiariam*, quam-  
obrem ergo domino viique cooperit exceptio excusutionis, si de-  
bitor principalis tanta reliquit bona propria, ex quibus solutio fieri  
potest. Nec obslat MEVIANVM<sup>36)</sup> illud periculum iuris feudal[is],

## C 3

quo

35) Quam exhibet TORNIVIVS  
I. c. p. 449. et cuius verba hic spe-  
ciantia sunt sequentia: *daß, da eini-  
ge Creditores, so Fürstl. Consens über  
ihre vel ex conventione, vel ex iudicia-  
li immiffione acquistas hypothecas ha-  
ben, unter sich zwar ex prioritate ac-  
quisti consensus agstimret, sonst  
aber allen andern hypothecaris, etiam  
anterioris hypothecas, sive tacitas, sive  
expressas, sive generales, sive speci-  
ales, sive ex conventione, sive ex iudi-  
ciali immiffione acquistas habentibus  
praeficeret und vorgezogen werden.*

36) DAVID MEVII entworfenes  
Mecklenburgisches Land-Recht P. III.  
Tit. XIX. §. 6. verbis: *Bekommen sie  
(die Vettern) aber allein das Lehn,  
und andere die Erb-Güter, mögen sie  
sich wider andre Schulde, als die one-  
ra feudi seyn, und wofür das Lehn mit  
des Lehn-Herrn und Agnaten Consens  
verpfändet, mit der Exceptione Excus-  
utionis schützen, bis die Erb-Güter di-  
scontirirt, und befunden, daß die Erb-  
schaft nicht weiter soluendo ist, her-  
nach aber seyn sie bis auf dem Wertb  
der Lehne aus denselben zur Zahlung  
gehalten.*

quo exceptio execusonis denegatur successoribus feudalibus, si in debitum quoddam consenserunt. Nam quam haecce delineatio iuris feudalis nullum habeat legis vigorem, ius quoque facere nequit, sed potius tanquam priuata MEVII opinio considerari debet, ad quam supra (§. X.) iam respondimus<sup>37)</sup>.

### §. XIII.

QVID IVRIS SIT INTVITV DEBTORVM ANTECESSORIS AB VLTIMO DEFVNCTO NON CONTRATORVM, SED VNA CVM FEVDO AD EVM TRANSLATORVM — ANGEERBTE SCHVLDEN — ?

Ad alteram iam peruenimus obseruationem non minus controuersam. Quæritur nempe: anne debita antecessoris ab ultimo vasallo non contracta, sed vna cum feudo ad eum translatā — angeerpte Schulden — simpliciter ex feudo sint soluenda, licet allodium exigit, ex quo expungi possunt? Primo intuitu haec quaestio neganda videtur, scilicet secundum ea, quae supra de subsidiaria successorum feudalium obligatione asseruimus principia. Nam extra omnem dubitationis aleam positum est, heredes allodiales ab initio fuisse obstrictos ad solutionem debiti vasalli proprii, si allodium ad illud expungendum sufficeret. Ex sola ergo insufficiencia bonorum priorum defuncti, vasalus ad quem feudum

per-

37) Idem quoque, quod dominus ex consensu tantum in subsidium teneri velit, in Pomerania statutum inuenimus. A Ducibus enim BARNIMO IX. et PHILIPPO I. in privilegio de 1560. hac de re ita disponitur: „Und da jemand ohne Leibes-, „Lehn-Erben verftürbe, die Güter auf „seine Brüder, Vettern, Mitbeteilte oder Uns, unsere Erben und Nachkommen verftammten und erledigten, „und seines verlaßenen Erbes Baarschaft und fabrender Haabe so viel

„nicht“ wäre, daß man die Schuld davon bezahlen und entrichten könne; Jo soll das Lehn die Schulse, „die durch unserer Hochsel. Vor-Eltern, unsrer und unsrer Erben Be-willigung notwendig erachtet sind, „fragen, so weit und ferne sich das er-schließt Lehn erstrecket.“ Cf. ALBERT GE. SCHWARTZ Versuch einer Pommersch- und Rügenischen Lehn-Historie P. III. p. 1132. MEVVS Confil. 44. n. 78. seq.


peruenit, apud nos ad soluendum illius aes alienum obligatur.  
 Quare et successor eius itidem tantum in subsidium teneri videtur.  
 Quamvis enim hic, antecessore suo, absque relatio allodio, ex hac  
 vita migrato, solutionem debitorum defugere non potuisset, ta-  
 men rem aliter se habere arbitrantur, si antecessor sufficientia re-  
 liquerit bona propria ex quibus solutio fieri possit. Sicuti enim,  
 inquit, omnia quae ante transmissionem feudi ad vasallum fue-  
 runt debita feudalia *necessaria*, et *absoluta* etiam post obitum va-  
 salli suam retainent qualitatem feudalem, quae efficit, ut nullo ha-  
 bito ad allodium respectu, *semper ex feudo* sint esoluenda, ita  
 quoque debita ante*subsidaria* vasallo mortuo pristinam suam de-  
 relinquere nequeunt naturam ac indolem, nec mutari in debita  
 absoluta et necessaria, sed potius manent, quae antea fuerunt, de-  
 bита feudalia *subsidiaria*. Quae igitur feudum rursum non afficiunt,  
 nisi iterum ultimi vasalli allodium ad eorum exsolutionem insuffi-  
 ciens fuerit. Quodsi enim vius ex suis bonis soluisset debitum  
 antecessoris sui — *die angebrachte Schuld* — certe a successore in  
 feudo repete non poterit heres allodii, quod semel solutum  
 est <sup>38)</sup> nisi solutione versio facta sit *in feudum vel in utilitatem*  
*successoris feudalis.*

## §. XIV.

### AFFIRMANTIVM SENTENTIA VERO EST.

Verum enim vero licet nullo modo inficias eamus, sed po-  
 tius quam fortissime defendamus thesin supra (§. V.) stabilitam,  
 feuda scilicet nostra in subsidium tantum aeris alieno esse obnoxia,  
 tamen hoc duntaxat de debitis allodialibus est intelligendum, quae  
 iure communi, feuda plane non afficiunt. Debita enim feudalia  
 siue sint necessaria siue subsidiaria secundum eadem principia, quae  
 iure communi obtinent, vel *simpli citer ac primario* vel *in subsidium*  
 deficiente deum allodio ex feudo praestantur. Ad quaestionem  
 nostram

<sup>38)</sup> BENEDICT. BREMERVS MER I. c. §. 321. DAV. IONATH.  
 I. c. §. 25. *seqq.* DAV. GE. STRV. SCHARFF in consultat, iur. Consult,  
 BEN rechtliche Bedenken Tom. II. LIV. n. 17.  
 Resp. i. §. vlt. GE. LVD. BOEH-



nostram igitur si curatus respondere volumus, ante omnia videntum est, ad quamnam debitorum classem pertineant debita vasalli antecessoris cum feudo per successionem ad ultimum vasallum translata — *angeerbt Schulden* — Nam si debitum ab initio fuerit feudale *necessarium*, quod in utilitate feudi reapse versum est, certe non ambigendum, omnes omnino successores feudales ad soluendum illud ex feudo *simpliciter* est obligatos, ut in contrario in subsidium tantum teneri, si debitum fuerit feudale *subsidiarium*. Quodsi autem debita hereditaria — *angeerbt Schulden* — fuerint debita vasalli antecessoris *propria*, quae ob singularem feudorum Megapolitanorum indolem et ob desircis antecessoris allodium tanquam debita *feudo inhaerentia* iam a successore feudali ex feudo soluenda sunt, me quidem iudice nihil amplius interest, quod antea fuerint debita allodialia. Sufficit, iam esse verum onus feudi factum, quod iure nostro tanquam debitum feudale *necessarium* et *absolutum* a quoconque successore feudali est praestandum, cuius obligatio autem non prius nascitur, quam *successione in feudum eiusue possessione actu delata*. Ante successionem in feudum nullo plane modo obligatus erat successor feudalis, neque creditori in eum ius in rem, neque in personam competit. Nam in casu, quem ponimus, successor neque in debitum consensit, neque hypothecam pro eo in bonis suis constituit, neque fideiubendo intercessit, quare post mortem demum vasalli antecessoris, et quia ex allodio eius expungi non potuit debitum incipit existere debitum *feudale*. Iam quero, an id, quod reuera debitum *feudale* factum est, adhuc amplius pristinam retinere potuerit qualitatem? et an vlo iuris colore successoris feudalis heredes allodiales cogiqueant, vt ex allodio soluant debitum *feudale*? Prius contradictionem innoveret, quum debitum, quod semel feudale factum, simul esse nequeat debitum allodiale, et quod ad posterius, nihil sane iniustius foret, quam ab heredibus illud exigere, licet forsitan debiti feudalis expungendi causa a successore feudali aliud aes alienum fuisset contractum, quum et hoc eo ipso factum sit debitum *feudale*. Intuitu domini directi res decisa est in REVERSA LIBVS de anno MDCXXI, art. XXXI. quo cauetur: *dass die einem Lehn-*

*Lehn-Mann anererbte Schulden — aus den Urs eröfneten Lehen bezahlet und abgerichtet werden sollen* <sup>39)</sup>). Nullum quoque superest dubium, idem intuitu ceterorum successorum feudalium obtinere. Vasallus enim defunctus, de cuius heredum allodialium obligatione iam quaeritur, non ex sua persona ad solutionem aeris alieni vasalli antecessoris fuit obstrictus, sed duntaxat intuitu feudi, in quo successit. Nisi ergo simul heres in allodio factus est, nihil amplius desiderari potest, quam ut ex feudo soluat. Quapropter heredes eius allodiales ex allodio solvere illud non debent. Id, quod aequum etiam indicarunt *ICTI PATRI* <sup>40)</sup> quum anno MDCIX. cuidam nobili de Jure responderint sequentem in modum: „Es ist freylich sonst ausgemacht, dass überall kein lucrum hereditarium zu concipiern, bevor die Schulden bezahlet worden. Sonderlich ist in Mecklenb. Landen wohl in acht zu nehmen, weil unsre feuda zwar aeri alieno obnoxia, aber nur in subdium deficiente nempe allodio. Nun aber sind — Rthlr. qu. welche der verstorbenen H. v. K. nachgelassen, unstreitig allodial. Aber wir halten dennoch das für, dass die noch lebende Mutter und die volljährigen Schwestern solche — Rthlr. erben müssen. Denn so sind bey dem Lehen genügsame Güther vorhanden, dass daraus die Schulden können bezahlet werden; Und es muss ein grosser Unterschied gemacht werden, ob der defunctus die Schulden selbst gemacht, und das Lehn damit beschwert habe, weil auf solchen Fall das allodium muss erst excutiret werden *MEV. Consil. 96. n. 37. COTHM. Vol. V. resp. 44. n. 14.* Wann aber solche Schulden schon auf dem Lehn gewesen, wie der defunctus dasselbe bekommen, so sind es respectu seiner nothwendige Schulden, „welche

39) Dominus autem, casu apertuarie existente, vigore huius articuli Reuersalium nullum aliud debitum ex feudo aperto solvere tenetur, etiam si sit ad ultimum defunctionum cum feudo translatum, nisi ea observata sint, quae articulus XXXI. Reuersalium requirit, nempe ut intra IV. septima-

nas ab eo tempore, quo ultimum vasallus ad successionem feudi peruenit, inventarium vel exactam designatioinem aeris alieni feudo inherentis iurecurando firmatam edat, cf. TORNOV. I. c. p. 413. seq.

40) MANTZEL in iure Mecl. et Lub. illugsr. I. c. Iudic. LXXI.

„welche ipſi feudo inhaeriren, und als ein onus feudi confide-  
rireret werden vid. der Aſſec. Revers de 1621. §. 31. ibi: anerberete  
„Schulden. Also dass wenn auch anderwärts Geld aufgenommen,  
„dergleichen Schulden zu bezahlen, dennoch die ſuccelfores feu-  
„dales folches Geld bezahlen müſten; Daſ ſalso in Mecklenburg  
„die Allodial-Erben nicht können angehalten werden, die Lehnē  
„von denen angeerbtten Schulden zu befreyen.“

### §. XV.

#### RESIDVVM FEVDI PRETIVM EST DEBITVM FEVDALE.

Tertia denique, quae ſuperest, obſeruatio concernit qua-  
ſtioneſ: an reſiduum pretii, quo feudum comparatum eſt, a do-  
mino direcō in caſum aperturæ feudi fit p̄eſtantum? Licet enim  
reſiduum pretium, ſive ipſi venditori adhuc debeatur, ſive ad  
emendum feudum a tertio pecunia mutua fit accepta, ſi originem  
illius respicis, fit debitum vasalli, merito tamen inter debita feu-  
dalia refertur, quum hocce debitum ſimul vergat in utilitatem ſuc-  
cessoris feudalis. Quotquot etiam euolusas iuris feudalii compen-  
dia aut ſyſtemata, ſemper illud inter debita feuſalia et quidem  
pura ſeu neceſſaria relatum inuenies <sup>41)</sup>). Nihilo tamen minus  
non indiſtingue aſſeri potest, ſemper illud ex feudo eſſe ſolendum.  
Omnes quidem ſuccelfores feuſiales ab emitore tanquam primo ad-  
quirente qui ſanguinem ducunt, aut inuenitūra ſunt comprehenſi,  
absque

<sup>41)</sup> Cf. GE. AD. STRVII Synt. iur. feud. Cap. XIV. §. 8. HORN l.c. cap. XXI. §. 6. CARPZ. Lib. IV. Rep. 66. BRVNNEmann Conf. 14. n. 15. BERLICH l.c. n. 59. STRYCK in diff. de obligat. feudi conſenſu mu-  
nita. Fr. 1678. (in eius Diff. III. n. 20.) cap. 1. §. 10. IO. IAC. MAS-  
COV. in iure feudi. cap. XIII. §. 3. TORNOV. l.c. p. 431. MOELLER l.c. cap. XXI. diff. 3. MANTZEL in diff. num et quod vasillus are alieno anteceſſ. teneatur §. 18. BOEH-

MER l.c. §. 318. PVETTMANN l.c. §. 520. CAR. AVG. SALZ-  
MANN in diff. Reſiduum feudi preti-  
um debitum feuſale. Lips. 1705. Quam-  
quam enim quidem veteres Itci hoc  
in dubium vocarunt, quia tam de lu-  
re Longobardico, quam Germanico  
feudali nihil de hac re diſponitur,  
vti THOMING. Dec. 27. n. 36. KOEP-  
PEN Dec. 30. n. 43. tamen eorum op-  
nionem ſolidis deſtitutam eſſe ratio-  
nibus, iam dudum alii docuerunt.

absque illa contradictione ad residuum feudi pretium soluendum sunt obstricti, quum certe nullum ipsis fuisset ius succedendi in feudum, nisi antecessor eorum illud emisset. Quibus tamen non obstantibus verum manet, quod supra diximus, *non semper residuum feudi pretium ex feudo esse soluendum*. Quis enim, queso, successorem obligatum habebit, sine cuius consensu olim, *consentiente licet domino directo*, feendum fuit alienatum a vasallo tunc temporis illud possidente. Nisi enim ius protimiseos aut retractus exercere velit, alienatio tandem valida manebit, quamdui vasallus vendor eiusque descendentes adhuc vita fruuntur, quippe qui facta patris praestare, eaque rata habere tenentur. Quibus omnibus autem descendentibus, feudoque ad agnatos non consentientes deuoluto, his, quorum in praeindictum feundum alienari non potuit, datur ius reuocandi etiam nullo redito pretio. Hocce ergo casu residuum pretii ex feudo non erit soluendum, nec pro debito feudali habendum. Quamuis autem ius reuocandi feundum iure feudali communii intra triginta annos a tempore deuolutae successionis computandos exerceri queat, iure tamen Meclenburgico hoc tricennale tempus a die *fæcæ adquisitionis* currere incipit. Olim quidem hac de re diu multumque fuit disputatum, sed hodie res clara est ac decisa, postquam Serenissimus Dux FRIDERICVS pie defunctus cum consensu statuum provincialium articulum XXIX. Reuersalium de anno CCCCCXXI. authentice interpretatus est<sup>42)</sup>.

## §. XVI.


### NECESSARIVM ET RESPECTIVVM.

Non desunt quidem Doctores, qui residuum feudi pretii ad debita feudalia necessaria et absoluta referunt<sup>43)</sup> et nulla habita allodii ratione simpliciter et ab omni feudi possessore, sive agnato, sive domino illud ex feudo soluendum esse opinantur. Quodsi au-

D 2

<sup>42)</sup> Hacce constitutio de 2. Dec. HIER. GUNDLING in der ausführl. MDCCCLXVIII. exstat apud MOELLE- Erläuterung über Schilf. inst. iuri frud. RVM l. c. iii append. Nr. VI. p. 237. DE BEHR. rer. Meclnb.

<sup>43)</sup> BENEDICT. CARPOVIUS Libr. VIII. cap. XIX. in f. MOEL de operibus feudi Dec. II. pf. V. NIC. LER l. c. SALZMANN l. c. §. 16.



tem perpendamus, residuum pretii, quo feudum comparatum est, vel pecuniam ad emendum illud mutuo acceptam, ea tantum ex ratione esse debitum feudale, quod vergat in utilitatem successoris *feudalis*, ad quem feudum peruenire non potuisset, nisi primus acquirens illud emisset; facile est intellectu, respectu *domini directi* non eandem adesse rationem, hinc ex obligatione successoris feudalis non valere consequentiam ad obligationem domini. Legibus enim hac de re nihil disponentibus ex sola aequitate obligatus est successor feudalis, quippe qui ex facto antecessoris sui primi scilicet adquirentis emtione lucrum querit. Naturalis ergo ratio ac aequitas suadet, vt successor feudalis residuum soluat pretii, quo feudum comparatum est, quum secundum regulam iuris notissimum is incommodum ferre teneatur, qui commodum habere vult. Quis autem, quaeso, idem intuitu domini obtinere contendat? Nonne proprio iure casu aperturae-contingente ad eum reddit feudum, a quo primitus fuit concessum? Nonne idem accidisset, etiamsi ultimi vasalli antecessor feudum non emisset? Mihi saltim non liquet, quid commodi ex emtione domino concilietur. Quamvis enim nonnulli sat speciosis argumentis defendere studeant, dominum ex eadem aequitate ad residuum feudi premium soluendum esse obligatum, quum feudo non vendito, non tam cito casus aperturae exsistisset; mihi tamen persuadeo, hanc aequitatem intuitu domini non esse, nisi cerebrinam et a Doctoribus excoigitatam. Nam valde adhuc dubium est, vixque in antecessum ne aliquali quidem probabilitate determinari potest, utrum hoc, an illo casu feudum prius fuerit apertum. Et si forte per accidentis feudum eo ipso, quod venditum olim fuerit, domino prius appetiatur, certe natura debiti inde non commutabitur. Casus est, ex quo dominus quidem lucrum adipiscitur, sed nonne aequa faciliter contrarium evenire potuisset? Quid? si emtor numerosam ac fere infinitam habeat prolem masculinam eo tempore, quo vasalli vendoris descendentes masculini sexus iam diu fuerint extincti. Sic uti hoc casu dominus directus de nullius conqueriri potest iniuria, sed ipse damnum, si quod est, sentire debet; ita bono ipsi esse debet, si emtoris progenies prius, quam vendoris deficiat. Quae cum

cum ita sint nemo non videt, dominum *ordinario* ad residuum feudi emti pretium soluendum non esse obstrictum. Sed alia hic suboritur quaestio: *an idem obtineat, si dominus directus ipse feudum vendidit?* Quo casu distinguendum esse mihi cum KRESSIO<sup>44)</sup> videtur: virum dominus per pactum contractui feudalii adiectum in se reeperit obligationem heredibus allodialibus emtoris restituendi pretium in casu si feudum ipsi aperiretur, an non? Priori casu dominum ex pacto suo obligari nemo sane dubitabit, licet adhuc disputetur, an successor domini directi, cui denique feudum denuo apertum fuit, ex tali pacto teneatur? Posteriori vero casu nullo modo obligatur dominus directus ad restitutionem pretii soluti. Quinimo heredes allodiales domino residuum soluere debent, etiamsi feudum prius aperiatur, quam pretium quod emtor domino directo vendenti debet, fuerit solutum.

## §. XVII.

### QVID IURE PATRIO OBTINEAT?

Iure Megapolitano de obligatione domini ad soluendum residuum pretii, quo feudum comparatum est, speciatim nihil fanciatum legitur, quapropter, vti ex relatione Dni Consiliarii Consistorii PREHN mihi constat, Illustris ICtorum Ordo in Academia Buetzouensi ad hanc quaestionem ab Anonymo ipsi oblatam sub d. 29 Oct. 1768. respondit: *dass, betreffend insbesondere die Schulden eines Vasallen, welche das Kauf-Premium selbst, wofür das Lehn adquiriert worden, oder die zu dessen Bezahlung aufgeliehene Gelder sind, in Mecklenburg nichts besonders von den gemeinen Rechten abweichendes obwalitet.*<sup>45)</sup> Quum ergo iure communii Dominus existente casu aperturae eiusmodi debitum soluere non teneatur, sequeretur, eum et iure nostro ad illius solutionem non esse obligatum. Nihilo tamen minus apud nos res non adeo clara mihi videtur, sed potius valde dubia ac perplexa. Quoad *agnatum*, ad quem feudum denoluuntur *iure successionis* totus consentio. Ex iisdem rationibus enim etiam in Megapoli residuum feudi pretium fol-

D 3

44) Cf. IO. PAVL KRESS. in *diff. de debitibus ex feudis praecipue Pomeraniae soluendis*. Helmst. 1732. §. 7.


solvere debet, ex quibus iure communi obligatur. Quoad dominum directum autem multa varia et ambigua intercedunt. Et nisi metuereim, ne promptae videretur audaciae, me a toto illustribus viris dissentire, potius statuerem, dominum directum in Megapoli solutionem residui pretii, quo feudum eumtum est, non simpliciter fugere posse. Quamvis enim negandum non sit, leges nostras de hac quaestione diserte nihil disponere, tamen ex analogia debitorum hereditariorum — angeerbter Schullen — quorum solutionem certis sub limitationibus clementissime in se recepit (§. XIV.) coniucere licet, dominum in casum aperturae feudi quoque ad huius debiti praefestationem teneri, praefertim, si, quod supponimus, illud iam per successionem ad vasallum fuerit translatum. Tunc enim absque omni dubio sub generali nomine der angeerbten Schullen comprehenditur. Qua de re eo minus ambigendum est, si nullum adesset allodium, ex quo expungi possit. Quamvis vim legis non habeant, quod saepe iam monimus, pericula iuris feudalis Meclenburgici, nec nos vlo modo auctoritatem legalem illis tribuimus, quam sane nihil ineptius esse posset, tamen illustrationis causa non possumus non admittaduerte, in formula HYSANI<sup>45)</sup> et MEVII<sup>46)</sup> hocce residuum inter ea referri debita, quae et a domino ex feudo sunt praeflenda.

45) apud GERDES I. c. verbis:  
Wird ein Lehn-Gut dem Lehn-Herrn eröffnet und es seyn darauf Schulden — — — oder das Lehn-Gut damit erkauft ist worden, in solchen und gleichmässigen Fällen werden die Schulden aus dem Lehn abgetragen,

46) apud DE WESTPHALEN I. c. p. 810. §. 2. Vor Lehn-Bürden, welche aus den Lehn abzutragen, seyn zu achten — — — was zu Erkaufung und Befreyung der Lebne und dessen Pertinentien, wie auch zu Bezahlung der Schulden, so darauf behofften, wie der Lehn-Mann solche bekommen, aufgeliessen und verwandt.

lenb. Lehn-Rechts p. 90. hanc quaestione indecisam reliquit, quam ob rem B. DE PRESSENTIN in monitis über den Entwurf ad hunc §. verb. Kaufschilling bene scribit: Dieser §. bleibt sehr zweifelhaftig, und da er allerdings der Billigkeit gemäß, daß der reissende Kaufschilling, als ein wahres onus feudi angesehen werde, mitbün von den Agnaten und auch dem Lehnherren, wenn das Lehn respektive ihnen anfallt und eröffnet wird, principialiter muß bezahlet werden, indem sie, wenn der Kauf nicht geschehen, auch das Gut nicht bekommen hätten; so wäre wohl nötig, diesen §. nach obigen Principiis zu erbellen.





(X225 7028)





23. 26

DE 1787, 2.

# OBLIGATIONE DOMINI

ET AGNATI

## AD SOLVENDA EX FEVDO VASALLI

DEFVNCTI DEBITA,

1399

OBSERVATIO

IVRIS FEVDALIS INPRIMIS MECLENBURGICI,

ILLLVSTRI IVRECONSVLTORVM ORDINI

IN

*ACADEMIA FRIDERICIANA BVETZOVIENSI*

PRO OBTINENDIS

SVMMIS IN IVRE HONORIBVS

DECENTER OBLATA

A

CHRISTOPHORO AVGUSTO HENRICO WOLFF

ORDINVM DVCATVS MEGAPOLITANI PROVINCIALIVM

AB EPISTOLIS.

BVETZOVII

M D C C L X X X V I I .

